

§. 8. Sed & hic nova fata Dædalo parata erant. Quæ tamen non sua sapientia sibi contraxit, prout apud Xenophonem in lib. 4. de factis & dictis Socratis perhibetur: Sed sapientia tamen ὁ Soerates, absque dubio bonum est. Quid namque non melius agat sapiens quam indoctus? quid vero? ait. Non audisti Dædalum à Minoe propter sapientiam caput, coactumque fuisse illi servire, patriaque simul atque libertate privatum: conatumque una cum filio aufugere, illum quidem amisisse, se vero ipsum non liberasse? Nam ad quosdam Barbaros aberravit, ac eis ipsis serviebat. Fraus enim cum vacca commissa, Minoi detecta fuit. Hinc ubi de minis regis inaudivit, iram illius veritus auxilio reginæ, quæ navigium ei suppeditaverat, clam ex insula discessit. Pausanias loc. cit. eum jam capitalis fraudis damnatum ē vinculis fuisse elapsum dicit. Fugæ comes erat Icarus. Cum hoc ad insulam quandam in alto pelago sitam, defertur. In quam ubi temere exscensum parat juvenis, in mare delapsus, interiit. A quo & Icarum pelagus & insula Icaria denominata fuit. Diodorus loc. cit. Vel si mavis audiare Pausaniam, lib. I. sive de Atticis p. m. 48. Ubi mortem Icari, non per exscensum sed in ipso navigationis actu male instituto accidisse refert. Ινάρω δὲ κυβερνῶντι αὐτοθέσεργῳ ἀνατρεψπημα τὸν ναῦν λέχθσιν. αἴποτνιγένται δὲ ἐξήνεγκεν ὁ κλύδων ἐς τὸν περγάμινον κῆσον ἔτι θσαν αἰνώνυμον. Επιτυχῶν δὲ Ἡρακλῆς γνωρίζει τὸν νεκρὸν, οὗ νῦν εἴτι αὐτῷ χῶμα ἐμέγα ἔπι αὐγας, οὗτον ανεχόσις, εἰς τὸ "Αγανον". Απὸ δὲ τῆς Ινάρως τύτχη ὄνομα ἡ τε νῆσος ἡ ἡ περὶ αὐτῶν Γάλασσα ἔχουσα. Icaro vero navem, imperitia gubernantis, eversam trahunt: sub undis eneclum, maris æstu delatum in insulam juxta Pergamum, cuius nomen nondum proditum fuerat: Herculem, cum forte in illa loca venisset, cognitum cadaver sepelisse, ubi hac etiam aetate non magnus terræ ager extat, in promontorio, quod Aegeo mari imminet. Ab Icaro sanctam insulam, & quod eam incingit mare, nomen accepisse.

§. 9. Dædalus relicta hac insula in Siciliam transmisit
eoque